

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Bibliotheca Scriptorvm Sacri Ordinis Cisterciensis Elogiis  
Plvrimorvm Maxime Illvstrivm Adornata**

**Visch, Charles de**

**Coloniæ Agrippinæ, 1656**

Epistola 2. Eivsdem Ad Evndem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38433**

## EPISTOLA 2.

EIVSDEM AD EVNDEM.

R EVERENDE admodum Pater,  
Litteras vestras datas 9. Iulij præsentis anni, intramensem accepi, & gauisus sum ex nostris aliquas ad manus Paternitatis Vestrae peruenisse. Quod ad Authores Hispanos pertinet, veterius tractauit Chrysostomus Henriquez in Phoenice (nam alhundē mutuauit) quam alia, in alijs libris quos luci dedit: nisi quod tamen in aliquibus errauit; non quod alienos Cistercio nostro adscriperit, sed quod ex proprijs, inter se quoldam confuderit, & in tempore, alijque non nullis à veritate deviauerit. Quæ omnia, ut potui, in primis illis litteris Paternitati Vestrae adnotata remisi.

Philipum Seguinum, ut dixi, per varios casus, ad manus meas perductum, Paternitati Vestra libens communico; opus imperfectum, & in quo magis laudabilis conatus, quam profectus: congregauit ex Gallis tamen quos potuit. Et revera in Cistercio, modestia primum ac latendi cupido mox, quamdiu nulla Collegia floruere, doctrinæ defectus; demum Commendæ & sub Commendis stupidæ ignorantia pauciores doctores permisit, quam viros sanctos. Sed & quos habuit antè inuentum prælum periere complures post ipsum vlique ad nostra tempora, nihil habuit. Nostris temporibus ubique crevit numerus; &c, ni fallor, ex Fulieni Congregatione aliqui viri docti aliquot scripta non pœnirenda prodidere: quorum maior notitia in Belgio, quā in Hispaniā, quamuis ad nos nonnulla penetrarunt. Valeat Reuerenda Paternitas: Vestra. Ex Pace Augustâ vigesimâ quintâ die mensis Augusti, 1648.

Reuerenda Paternitatis vestre Conseruus, & Confrater,  
F. ANGELVS MARIQVE;

## EPISTOLA

Perillustris, Reuerendissimi & Eximij Domini IOANNIS  
CARAMVELIS, Misienis Episcopi nominati, Abbatis cœnobij Mon-  
ferratensis in Bohemia, &c.

### INSCRIPTIONE

Eruditissimo & Reuerendo admodum Domino CAROLO DE VISCH, S. Thol. Baccalanrevo  
formato, & eiusdem Professori, &c. S. P. In monasterio Dunensi, ord. S. Bernardi.

R EVERENDE & eruditissime Domine,  
Litteras Eruditissimæ Dominationis Vestrae libentissimè vidi, gaudeoque illam benè valere, & studijs suis ordinem nostrum illustrate. A Reuerendissimo meo Veteris montis, iam  
b. 30 p. 10